

negatur, posse judicem in causa se intromittere, circa dubium cognoscit idem judex, tam ordinarius, quam delegatus, an sua sit jurisdictio. text. insignis passim ad hoc probandum in curia citatus in cap. super literis, de rescriptis: & super eo Doctores omnes Glorius n. 115. cum multis seqq. I. in l. 1. nu. 6. ff. si quis in jus vocatus non ierit. Joannes Hieron. Campanil. diversi. jur. canon. rub. 11. c. 13. nu. 190. vide latè Scacciani ubi proxime. per ampliations & limitationes, sequendo Francum in d. c. si duobus.

26 Tertius casus est quando judex est ipso jure competens, sed ejus jurisdictio potest per exceptionem elidi, & isto casu expressam pronuntiationem super competentia, nullo modo esse necessaria, & racitam per processum ad ultiora semper sufficere, & esse appellandum Franch. in d. cap. si duobus nu. 30. ibi, secundo casu princi. Scaccia ubi proxime n. 65.

Et quod haecen diximus de exceptione declinatoria, ut non possit reservari, sed prius de ea cognosci, aliter appellatio licita sit, multo fortius procedere inteligo in exceptione recusationis, cum declinatoriam & alias exceptiones debent antecedere & præponi, de eaque prius cognosci; adeò ut si aliqua alia prius sit proposita non poterit amplius de recusatione pars opponere, quia dicitur in judicem consentire nec amplius super recusatione locus erit, Doctores omnes per gloss. exceptionem c. 4. ubi latè tractat. Joan. Hieron. Campanil. diversi. jur. cano. rub. 11. c. 13. nu. 187. fol. 344. quo loci hoc declarant, ut si generatim opposita fuerint exceptiones, intelligitur prius & primo loco exceptio contra judicem apposita, & reliqua sub conditione, si confiterit ipsum esse judicem, & de hoc articulo, sci-licet, recusationis & declaratoria opposita, tam contra judicem, quām rescriptum, vide nonnulla utilia per Campanil. ubi proxime.

30 Et hujus conclusionis illa fortis est, & potissima ratio, quām communiter Doctores omnes dedecunt ex d. c. exhibita, de judiciis, nam cū à jure hic sit ordo præscriptus, ut prius & de his articulis cognoscatur, & in principali supersedetur, ordinum juris pervertere, est intollerabile gravamen, & ideo ab ordinato processu esse licitam, & permisam penitus appellationem, ultra relatios Doctores in d. c. exhibita, repetente, fatentur Zuchardus in repetitione l. fi. C. de edito divi Adri. tol. num. 436. ante quem & Bal. in c. ex coniectione n. 1. de restitu. spoli. Iff. in c. l. 1. n. 5. vers. limita. 2. C. de bonorum poss. secundum tabul. & ibi Decius n. 6. vers. 5. & ab inordinato, idem Decius in l. fi. nu. 47. vers. d. posset. Bart. in l. 2. vol. 2. ff. de appellat. recip. idem etiam tenet Cateilianus Cota in suis memorabilib. verbo, appellat. non licet. Covar. in præst. q. c. 23. n. 8. vers. ceterum licet. Natta conf. 121. n. 4. lib. 1. Joseph. Ludovic. decisi. 39. num. 8. Ozascus decisi. Pedemon. 25. n. 14. Petrus Surd. decisi. Mantuana. decisi. 16. num. 16. & 17. Hieron. Gonzal. in reg. 8. de men. & alter. gl. 9. in annot. n. 202. & gl. 6. n. 224. & 225. ex quibus & aliis Authoribus latius probavimus infra 4. p. c. 13. per totum & alibi passim, & supra hoc p. c. 6. à n. 68. hanc conclusionem non solùm procedere, & habere locum in judiciis & causis, à cuius diffinitiva, permittitur appellatio, verum etiam in omnibus in quibus non permittitur, sive quoad unum, sive quoad neutrum effectum, prout ibi potes videre: & vide quae nos latè infra 4. p. d. c. 13. à princ. & ex hac ratione & fundamento tenent hanc doctrinam plures Doctores superius relati.

32 Et quoniam à præpostoratione ordinis judicarii, appellationem licitam esse omnimodo, eique esse deferendum, probant Ricard. Malumb. conf. 7. incipit sat. videre, inter consilia Federici de Senis Cardinalis Tufc. tomo. 1. coel. 359. nu. 21. & nos latius, ubi ad alios casus fecimus illationem, d. cap. 13. & cap. 6. quæ omnia huc quadrant.

Quod & eo fortissimo isthac conclusio corroborata, nan si in exequitorialibus omissio ordinis, & ejus præpostorio facit negotium appellabile, ut puta; quando sententia & exequitoriales dicunt, restitutas præsum tercio, refusis prius expensis, si exequitor procedat ad compulsionem restitutionem ante expensarum solutionem; excedit; & ab hoc excessu appellatur, probat latissimè Negulanius in tract. de pignori 4. memb. 5. partis n. 10. & sequentib. vers. tertia conclusio, multi etiam relati à nostrate Joanne Garcia in tract. de expens. & meliora 6. p. nu. 18. cum sequentib. & nos exactius examinavimus & declaravimus etiam infra 4. p. d. cap. 13. ubi plurimos concudentes omnes quod exequitor præpostoran ordinem executionis excedit, eamque facit appellabilem; ergo à fortiori in nostro casu dicendum est admittendum & probandum. Scaccia ubi proxime n. 65.

Hinc & ex eo etiam fulcitur, quoniam licet regulariter exceptio contra testes opposita, ejus examen non impedit, sed possit in finem litis reservari, ut per Bart. in autb. si dicatur. n. 3. 2. notab. & ibi Bald. Sallice. & Joan. Ficar. in summario, Castrensi. num. 4. vers. regulariter autem C. de testib. gloss. in cap. ex parte, verbo infames, & ibi Felin. num. 12. vers. si autem non est casus juncto num. 13. Ancharr. n. 1. & 12. vers. regulariter exceptio juncto n. 3. Joannes Andreas num. 1. in fi. vers. probatio exceptionis, & n. 15. ad fi. & ibi additio littera G. in verbo expeditur. Bald. n. 11. vers. si autem opponitur crimen occulum. Abb. in princ. nu. 8. Immola in summario, & colum. 5. post medium, vers. exceptio quæ opponitur & colum. 6. princip. vers. præterea etiam. Anton. de Butrio nu. 2. & n. 15. Anania nu. 1. extra de testib. Alber. in tract. de testi. cap. 3. p. 52. ad fi. Socin. regul. 129. in princ. Conrad. in tract. §. 2. de off. prætor. in causis civi. tit. de testi. rub. personas testium, in princ. n. 9. fol. 76. col. 2. Lanfranc. de testi. nu. 49. Viv. in suis commun. opinio. in materia testium, verbo contra testes exceptio, vers. iterum videtur diuidendum Mascard. de probat. lib. 2. conel. 694. n. 1. alios referens.

Tamen cū hæc regula multas patiatur exceptiones & limitationes, in quibus judex omnimodo tenuit statim de exceptionibus testium ante examen cognoscere, & admittere, non tamen reservare in finem litis, ut latissimè videtur per te poteris apud Farina. in tract. de testibus qu. 62. à num. 330. cum seqq. ubi plus allegat. Imò & in hoc plurimum potest judicis arbitrium, an debet reservare in finem litis exceptiones contra testes oppositas, vel non reservare, sed admittere, & cognoscere de eis, secund. Bart. in autb. si dicatur n. 9. C. de testi. Joand. And. in c. ex parte num. 15. Abb. n. 8. Immol. col. 6. ad fi. Anton. de Butrio nu. 15. vers. opinio extra de testi. Alberi de Malet in tract. de testi. cap. 3. n. 52. Socin. regul. 129. in ultima fall. Conrad. ubi supra fol. 76. col. 2. vers. 2. Menoch. de arbi. cau. 39. n. 9. lib. 2. Mascard. de probatio. conc. 694. n. 2. vers. ceteris melius.

Circumstantias autem ex quibus noveri potest judec ad reservandum, vel admittendum, vide ultra dictos Doctores And. in d. c. ex parte n. 16. vers. in arbitrio autem ipso. Abb. ibidem nu. 8. vers. & judex arbitrando, & Ant. de Butrio n. 15. vers. in arbitrio autem informando, & vide etiam dictas fallentias positas per Farinacum loco proxime citato, quæ quidem debeat movere judicem, ad admittendum prefatas exceptiones non autem reservandum in finem litis.

Et quamvis Joan. Andreas in d. cap. ex parte num. 6. 38 vers. & si prius & sequent. de testibus, dicat, quod judex in reservatione hujusmodi, vel non reservatione in finem litis, has exceptiones contra testes oppositas in nihil parti præjudicat, tamen contrarium verius est, imò ut judex reservando, vel non reservando possit partem gravare aliquam, ex eo aliqui sunt casus, in quibus

de eis debet cognoscere, & regulatiter reservare, ut dictum est; propter quod posset, imò sit necesse parti ex hoc gravamine appellationem interponere, comprobat Abb. in d. c. ex parte num. 8. vers. ego tamen, usque ad num. 9. sequitur Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 5. num. 64. post Speculatorum, quem ibi allegans sequitur: quos etiam & contra Ioannem Andream suprà, pariter sequitur Prosper. Farinac. in præterea crimi. titulo de testib. qu. 62. num. 365. & 366. quæ resolutio ex ea pendet doctrina, à nobis superius hucusque tradita, quoniam in his casibus, in quibus debet judex statim de exceptionibus contra testes oppositos cognoscere, eas reservando pervertit, & præpostolerat ordinem juris, & judicium à quo appellationi esse utique tanquam licitæ deferendum, probavimus suum, ut probant Doctores citati, & sequuti à Farinacio loco modò citato.

39 Et ex hac nostra doctrina pendet resolutio vera ad illam questionem celebrem, an in casibus extrajudicialibus, in quibus judex tenet omnino judicialiter procedere, quando scilicet, vel adest legitimus contradictor, vel adest clausula in commissione (vocabis vocandi) à judice procedente simul judicialiter, & extrajudicialiter, vel extrajudicialiter tantum, omisla appellationi non deferendo vis fiat; in qua affirmativa, nempe appellationem esse licitam, & ei si non deferat judex violentiam ferat, probavi suprà post latam examinationem hact. c. 13. a. n. 136. & supra per text. in d. c. exhibita. de judiciis, quia ab ordinato processu omnino licita reputatur appellatione, ubi & rationibus, & authoritatibus id ipsum affirmavimus, ponderando ac interpretando d. cap. exhibita. & sic illuc te remitto.

40 Quod & nostra conclusioni pertinet, quod cū exceptione nullitatis ab aliquo opposita ejus sit natura & qualitatis, ut requirat statim examinationem & determinationem, adeò ut non possit in discursum processus reservari, imò foret nullitat nullitatem addere, si stante hac oppositione nullitatis non pronuntiaretur ante omnia super illis, ita decrevit Rota teste Puteo dec. 159. lib. 1. & decis. 72. num. 2. & 3. lib. 3. Caputaq. dec. 60. num. 1. & 2. p. 2. & fuisse pariter decisum in una Tiracon. constituenda Capella 25. Junii anno 1597. testatur Hieron. Gonzal. in regul. 8. de men. & alter. gl. 9. in annot. n. 171.

41 Namque quoniam nullitatis judicium dicitur præjudiciale, & magis præjudiciale, quām professorium, ut docet Bald. in ordinarii n. 13. C. de rei vindicatione, Caesar de Graff. dec. 8. n. 7. de sentent. & re judic. Hieron. Gonz. proxime cit. loco n. 173. nulla siquidem major est iniustitia, quām nullitas, Eguid. Bellamera dec. 343. incipit. appellans nu. 2. & judex nulliter procedendo spoliat. Aymon. conf. 140. n. 2. & 3. & conf. 24. n. 4. Caputaq. dec. 112. num. 1. p. 2. dec. 186. p. 3. & sic ab eius articuli nullitatis reservatione appellationi interpositæ delatio si negetur, vis fieri ex doctrina in nostra conclusione & Doctoribus adductis hucusque, & ex regul. l. 4. s. condemnatum, ff. de re judic. ut nulla dispositio disponendo de alicuius actus executione, in actu nulliter gesto non procedit, prout longum fecimus sermonem infra 3. p. 6. 9. à princip.

42 Hujus etiam farina est, quod alijs declaratum fuit in hac alma Gallica Curia Regali, dum adhibita fuit per viam violentiæ in provisione Doctoralis Tudsensis Ecclesiæ Cathedralis pro delatione appellationis emissa à Licentiato Mera de Carbaja (hodie meritissimo Collega Valisotani Collegii S. Crucis) oppositore à reservatione quarundam exceptionum habilitatum adversus personam alterius oppositoris oppositas, quas Capitulum & earum cognitionem referavit in discursum processus, at me informante, & insidente vim fecisse non deferendo, eo quod appellatio

legitima esset omnimodo, quoniam cū præfata ex 43 ceptiones habilitatis, & incapacitatis respiciant, & afficiant legitimatem personæ, sint præjudiciale causæ principali, deberet ante omnia de eis cognosci, principali suspenso, text. in l. 1. C. si quis aliquem testari prohiberit, l. si cum testibus Cod. ordine cognitionum, l. quoniam C. ad legem Jul. de adulte l. presens, C. ad legem Flaviam, l. si quis libertatem, ff. de petitione hered. §. præjudicialis, infit. de actionib. Maranta pluribus relatis ad Authoribus, de ordin. judic. 4. p. 20. dec. à num. 16. Cevallos 3. tomo comm. opinio. q. 818. à num. 7. ac ideo appellationem tali reservacione licitam esse, illud insuper in confirmationem adducens, omne gestum à judice tempore, quo in casu debet conuiscere, nullum est 44 ipso jure, ut tradunt Probus in additionib. ad Jo. Monach. in rub. ut lite pend. lib. 6. Parisius conf. 166. Bonificius n. 14. lib. 4. Bald. & Zinus in l. 5. pars C. de dilat. omnes not. in c. exhibita, de judiciis, ubi Abb. & Felin. Caputaq. dec. 37. sub n. 7. p. 2. ac ideo talem interlocutionem Capituli executionem non mereri, licitamque appellationem, vixque fieri, in quo tertium genus violentia datum est, in tribunali (oiendo denuevo al Licenciado Mera sobre sus exceptiones opuestas, no hazia fuerza, no lo haziendo, la haze otorgue y reponga, &c.) quod in his casibus justissimum & proprium decretum est.

Secunda sit conclusio in hac materia, ut cū in judicis summaris exceptio, & articulus requirens altiorum indaginem reservari possit in finem litis l. 3. §. ibid. ff. ad exhibendum, l. penult. C. depositi, l. ille à quo §. testament. ff. ad Senatus Consul. Trebel. l. ul. C. de compensat. quia cū eas possit rejicere judex, multo magis referbare, Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo summarie, n. 4. Angel. Aret. in §. bona fidei n. 2. Inst. de actio. Marfil. sing. 365. except. ac propterea dicit Felin. in c. exceptionem, de except. n. 25. ad fin. & num. 24. per totum, quod licet queat appellare ab exceptionibus reservatis in finem litis, fallit in duobus casibus.

Et primus hic est, quando exceptions requirent al-

tiorem indaginem, quarum cū sit licita reservatio ut

ex aliis Doctoribus ibi probat, licita non dicitur ab ea

appellatio, & quod sit sententia de jure tenet post

Menoch. de arbitr. cau. 20. in fin. Gratian. discept. forens.

2. tom. c. 170. à num. 1. vide etiam alios Doctores infra

à num. 62.

Et ita in terminis etiam statuti mandantis exceptio-47 nes requirentes altiorum indaginem posse, & debere reservari diffinitivæ (cū juri communi sit conformem) si judex reservaverit exceptions, tanquam indaginem altiorum requirentes; non posse appellari defendit, & latè probat Gratian. discept. forens. d. c. 170. à n. 4. quia cū stetur dicto judicis reservantis quando exceptio dicatur intricata, & requirere altiorum indaginem, ejusque sit arbitrio relictum, prout & tenet Tiraquel. in l. si unquam, in verbo omnia, vel partem n. 31. Menoch. de arbitr. cau. 20. n. 3. & de recuper. rem. 1. n. 260. Matthias Collier. in c. cum venerabilis num. 72. usque ad n. 78. de except. & in tract. de processib. executivis, 4. p. c. 2. num. 3. cum seqq. & ita etiam omnino intelligendus est ipse Gratian. ibi n. 12. cum seqq. ubi loquitur intricata, & potius lapsi scribentis, ut ex eius rationibus, discursu, & Doctoribus citatis colligitur. Facit etiam, quod ipse dicit nu. 3. quod hujusmodi statuto non intelligitur reservata exceptio clara, de qua incontinenti potest constare, quia hæc non intelligitur ab statu-49 to reservata, quemadmodum exceptions juris etiam dubii.

Quæ quidem conclusio ita admittenda est, ut tunc 50 exceptio talis reservari possit, quando est facti, & sic intelliguntur Doctores citati, cū secus sit dicendum quando exceptio juris est, quia nec rejici, nec reservari debet, cujus est ratio, quia jus est certum, nec aliquam probabilem dubitationem recipit; ac prop- tera

E e 3 tera

terea statim super illa tali exceptione cognoscendum est, nec debet reservari, ita docet, Bald. in *l. ancilla. C. de furtis*, Menoch. *de arbit. judic. lib. 1. quæst. 53. n. 4. d. 5.* quia super disputatione juris ordo judicarius non requiritur, & una semper esse debet apud judicem determinatio, sive modus, sive in posterum, Bald. in *l. postquam litis, col. 2. vers. septima exceptio. C. de pactis*, Marianus Socin, senior, in *c. 1. nu. 51. & 52. de litis contestatione*, Blancus in *tract. de compromisso. q. 4. princ. n. 102.* Alex. in *additio. ad Bart. in l. vir bonus, in verbo impedit. ff. iudicata. folvi.* Felin. in *c. exception. n. 40. de exceptio.* Menoch. *loco proxime citato n. 6. & 9.* ubi dicit, quod cum à judge super exceptione juris judicandum est, unam semper sententiam, vel affirmativam, vel negativam amplecti tenetur; reservatio nihil prestat, quia illud præjudicium super illa exceptione, quod in fine causæ facere potest, & tenetur, ita potest & debet tempore, quo objetatur, debet enim semper pronuntiare uno & eodem modo vel pro actore, vel pro reo excipiente, ubi etiam latè disputat, quid dicendum sit quando jus non sit clarum, sed dubium & perplexum; & tandem pluribus hinc inde adductis idem quod de jure claro respondit, qui & in *d. q. 5.* ad hoc alias ponit declarationes. Fusius etiam ipse Menoch. *conf. 2. nu. 13. lib. 2.* quem sequitur Grat. *discept. forens. tom. 1. c. 170. n. 3.* Capicus *d. c. 10. n. 19. & 20.* & Aretin, in *§. in bone fidei. n. 2. Instit. de action.* tenuerint contrarium, vide etiam *infra num. 62.*

53 Ita autem duas conclusiones possunt una modo limitari, ut à reservatione non possit appellari, quando contra excipientem & proponentem articulum juris foret præsumptio; probat Hostiens. in *c. cum conting. de off. delegati*, per text. in *c. nullus. de presump.* Felin. in *d. c. exceptionem, de except. n. 24. vers. secundus casus est, ubi hoc declarat, nisi tunc offeratur probatio exceptionis incontinenti, prout ad id adducit plures Doctores.* Ultra quos & eo potest confirmari, nam licet; ut superius dictum est, regulariter exceptio contra testes opposita non impedit eorum examen, sed reservetur in finem, & discursum litis, cui adjectimus aliquas limitationes remissive, earum tamen una haec est, ut exceptio contra testes debeat statim, & admitti, & de ea cognosci, non tamen reservari quoties, etiam si altiorum requirat indaginem, offeratur probatio incontinenti, hoc ita probatur per DD. in *aub.* si dicatur *C. de testib.* ubi præcipue Bart. post *n. 3.* in *eius summario. vers. breviter litera hoc dicit, juncto n. 8. in fin. & n. 10. & ibi Bald. n. 2. vers. nisi prob. in continenti.* Salic. *n. 2.* & bene ibi comprobant Joan. de Sicar. *n. 2. vers. veramtamen. gl. in c. ex par. verbo infames. vers. sed ex hoc etiam, ubi Innoc. n. 1. Felin. n. 15. Joan. And. n. 15. post medium.* Bald. *n. 10.* ubi etiam multo magis, quando exceptio est ipso jure probatur. Immol. *col. 6. in fin. vers. sed iste intellectus, & col. 7. in princ. versiculo aliis fuit intellectus,* ubi quod sufficit verbo simpliciter offerre se probaturum, quia intelligitur incontinenti, licet ad cautelam melius sit adjicere etiam incontinenti. Ant. de Butr. *nu. 15. vers. 3.* *56* *suit. opin. cod. tit. in testi. Alber. de Maller. in *tract. de testib. c. 13. n. 51. & 53. & n. 55.* ubi de verissima conclusione testatur Soci. *regul. 129. in 7. fall.* Lanfr. *de testib. n. 49. vers. item fallit.* Gramm. *dec. 86. n. 2. & seq. Conrand. in *pract. §. 2. de off. prato. in causis civilibus tit. de testib. rub.* personas testium aggred. in *princ. n. 9. fol. 76. col. 1. in 7. fall.* Monticell. in *repert. testium. fol. 228. col. 1. vers. 1.* Benevent. dec. Rononi. *7.* ubi dicit, quod ita docent communiter DD. in *c. exp.* Menoch. *de arbit. lib. 2. caſu 239. nu. 9. vers. si constat statim, & n. 12. vers. præterea vivi in communi. opinio verbo, contra testes exceptio in fin.* Mascard. *de probat. lib. 2. conf. 694. n. 2. vers. aliud fecisse videretur.* Innov. & c. *nu. 4. & 5.* ubi bene comprobant Prosper. Farin. in *pract. crimin. in tract. de testib. q. 62. n. 358.***

57 Et in terminis exceptionis contra testes reservatae, cuius probatio in continenti offert, ut appellari licet,

*ad exhiben. & d. l. à quo §. 2. ff. ad Trebell. confert text. eleganter. §. si quis post ff. de condit. indeb. & l. nam & postea ubi Bar. & Doctor. comm. ff. de jurejur. Mar. sing. 565. Afflict. dec. 12. nu. 2. Muscatell. de glo. respo. n. 20. 25. Georg. alleg. 15. nu. 9. Conard. in *l. 1. lim. 12. C. si de momen. poss. fuer. appell. Maran. de judic. tit. de except. nu. 14. com. testatur Cum. Rit. (suo ordine) 38. nu. 57. Tepat. lib. 1. var. tit. de except. col. 7. in med. Barbos. in *l. divorcio. §. fin. n. 54. ff. solut. mat.* Gratian. *discept. 170. n. 1. Ann. singul. 446. & 605. Cavagnol. d. 10. n. 15. Gail. de arreſt. c. 3. n. 13. Laderch. conf. 121. n. 5. conf. 133. nu. 16. 17. Masull. ad Capic. dec. 6. n. 6. decis. 10. n. 9. comm. dixit Intrigl. dec. 17. n. 18. Trivis. d. dec. 2. n. 1. Gramm. dec. 6. 5. n. 8. 3. 7. 4. Menoch. *de arbitr. q. 53. & cas. 20. in fin. Q. 10. in causa nec appellari posset.* Gratian. *d. discept. 170. num. 4. Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. n. 303. Pacian. de probat. lib. 1. 64. 5. 8. n. 50. Scac. de jud. lib. 1. c. 1. 20. n. 2. & de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 97. 98. Mar. Giurb. dec. 21. num. 3. tum quia statut dicto judicis reservantis, quando exceptio sit intricata, & si altiore respiciat indaginem, positum est ejus arbitrio, Bald. in *l. si ex falsis. n. 11. C. de transact.* Felin. in *c. exceptionem. n. 24. de except.* Tiraquell. in *l. si unquam. gl. omnia, vel partem. C. de revoc. donat.* Menoc. *de arbitr. cas. 10. n. 3. & recip. pos. rem. 1. nu. 260.* Gratian. *discept. 170. n. 4. Ann. sing. 605. Mar. Giurb. dec. 1. 20. n. 7. & 8.* Nec judex ipse debet querare acta, sed expectare, quod si deferantur, alius redderetur suspectus, Cravet. *conf. 170. n. 2. Ant. Sola ad decr. Sabaud. tit. 32. gl. 10. n. 7.* & cum sciat pars judicem ad sententiam procedere, & non opponit competenti exceptiōnē tacitē renuntiasse censem̄, ut post Crav. *conf. 140. n. 5.* resumit Alin. in *prax. §. 19. c. 3. lim. 1. 2. n. 1.* Mont. *d. dec. 12. n. 56.* Cancer. *var. ref. c. 20. de testib. nu. 21. 23.* Amat. *dec. 24. n. 27.* Trivis. *d. dec. 1. nu. 12.* quæ consentire videtur, & qui tacet, de reg. *jur. in 6. Put. dec. 150. l. 1.* quæ quidem tacita renuntiatio in prohibitiva etiam dispositione admittitur; ut resolvit Dec. in *c. 2. n. 101. de probat.* Mont. *d. n. 56.* Quare potest judex reservatas exceptiones omittere, & super negotio principali procedere, illudque desinere tanquam de partium consensu, *l. si convenit. ff. de re jud.* quia tacitē pronuntiasse videtur, reservatas exceptiones illas minimè admittendas, sed penitus rejiciendas esse, arg. *c. ex parte M. app. Abb. in c. 1. n. 10. de ord. cog.* Bart. in *l. à procedente. n. 4. C. de dilat.* latè Gab. *tit. de except. concl.* i. multa enim parte non opponente substatim, quæ alijs de jure non valent, pulchrè ostendit Felin. in *c. inter monasteriorum. n. 2. 3. de re jud.* Cravet. *conf. 220. n. 3. in fin. Mag. dec. Luc. 52. n. 21. & Giurb. in dec. 14. n. 8.*****

Non obstante contraria: quia procederent parte super eis interloqui petente, quo in causa si ad sententiam procederet judex reservatis exceptionibus non decisus, nulla erit, ex Afflict. in *d. conf. Filiation. 8. & 9.* Triv. *d. dec. 2. per tot.* & est verior opinio, secundum quam fuit sacerdotiū judicatum, quod oppositio sit necessaria, cum quilibet actus tendens ad favorem alicuius, intelligentius sit parte opponente, ad text. *l. universa.* ubi gl. *verb. prebeatur.* & ill. *nu. 3. C. de precib.* Imper. *offer. Polyd. Rip. obser. 190. n. 3.* & plures DD. citat. Giurb. *dec. 15. n. 8. & dec. 14. n. 8.* qui *d. dec. 2. 1. n. 14.* prædictis difficultibus ita satisfaciit, & juxta hanc sententiam & opinionem ita determinasse Senatum Siciliæ mense Junio 1622. & in aliis causis, testatur.